



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 37. Concilia Ravennense ac Silvanectinum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

§. XXXVII.

Sæcul. XIV.
A.C. 1317.*Concilia Ravennense ac Silvanen-
tinum.*

Eodem anno 1317 Raynaldus Archiepiscopus Ravennensis Bononiæ concilium celebravit, cui aderant octo ejus Suffraganei, scilicet Hubertus Bononiæ, Frater Petrus Comacini, Petrus Fori Popilii, Joannes Cæsena, Guido Rhegii, Frater Simon Parmæ, Rimbaldus Fori Cornelii, & Guido Cerviæ Episcopi. Viginti duo canones ibi conditi 27 Oct. in fine concilii promulgati sunt: en illos, qui notatu digniores mihi videntur! Parochi per Patronos ecclesiasticos instituti spiritualia non administrent nisi post commissam sibi a proprio loci Episcopo curam animarum. Moventur querelæ, quod Clerum sua vita effræna & offendens oculos amictus in contemtionem adducat apud populum, & hunc stimulet ad usurpanda Ecclesiæ bona juraque: Quocirca prohibetur, ne Clerici arma gerant, ne ganeas intrent, ne suspectis hominibus tectum commo- dent: formaque & qualitas vestitus per partes eis præscribitur. Venatio prorsus interdicitur omnibus Religiosis. His inhibitionibus pondus ut addatur, Clericis

to 11. p. 1655

p. 1674.

cap. 2.

c. 4.

c. 17.

- Sæcul. XIV. ricis secularibus irrogantur mulctæ seu
 A.C. 1317. poenæ pecuniariæ, Religiosis opera poe-
 nalia. Clerum ex parte quadam cor-
 rumpebant laici, qui per importunas so-
 licitationes aut per potentiam, minas-
 que suas curabant in collegia & mona-
 steria recipi homines indignos sed co-
 gnatos amicosque suos. Malo medendi
 gratia Concilium vult in gremium Ec-
 clesiæ cujusquam, seu cathedralis illa,
 seu collegialis, seu Canonorum Re-
 gularium sit, aut in monasterium aliquod
 neminem cooptari præterquam consen-
 tiente proprio loci Episcopo, & in tem-
 plis cathedralibus æque ac collegialibus
 pro ratione proventus certum Canoni-
 corum cæterorumque Clericorum nume-
 rum designari, quem augere non liceat
 Episcopis. Æstimentur cujusvis Eccle-
 siæ bona, ut inspectionis sumptus & aliæ
 pensiones decerni queant.
- c. 5. 6.
- c. 8. Inter sacrum cum cantu seu solenne
 privata non fiant in eodem templo, ut
 evitetur motus ac strepitus illorum, qui
 eis adfuturi veniunt. Archypresbyteri
 cæterique Judices Episcopo inferiores
 non possunt quæstionem instituire in sub-
 jectos sibi Parochos aliosque Clericos.
- c. 11.
- c. 12.
- c. 13. Non absolvantur fœneratores, qui non
 per litteras autoritate publica confirma-
 tas præstant necessarias cautiones sa-
 tisfaciendi partibus læsis. Anathemate
 per
- c. 15.
- c. 18

per solum Papam tollendo devincti declarantur Judices profani, qui Clericos ob arma gesta vel aliam ob causam captos detinent, ac reddere Episcopo poscenti renuunt, aut non sine offensione publica inter tubarum tonitus remittunt ipsorum armis e collo pendentibus in ruborem datos. Eodem anno Papa, ne impunita manerent crimina, Regi Philippo Longo concesserat, ut ejus Ministri Clericos manifesto fontes, aut homicidii, mutilationis, aliorumve scelerum atrocium infamia publica flagrantes, quando metuendum esset effugium, quam modestissime comprehendi curarent, ac Judici ecclesiastico traderent. Qua in re Papa secutus est exemplum potestatis Philippo Audaci a Nicolao IV datae. Epistola Papæ Joannis scripta fuit 13 Aug. an. 1317: & hic videmus originem facti discriminis inter delictum commune atque casum, in quo locus est privilegio. Decreta hujus concilii Ravennensis sequitur constitutio mercedum, quas accipiant notarii seu scribæ fori ecclesiastici pro cunctis apographis ad ministerium suum spectantibus: & ista sumptuum æstimatio nos docet singulas sacrarum curiarum formulas tum temporis usitatas, quarum pars magna postmodo rescissa fuit.

Sæcul. XIV.
A.C. 1317.

Rayn. 1317.
n. 13.

Sup. lib. 87.
§. 21.

c. 24. p. 1676.

Sæcul. XIV.

A.C. 1318.

to. II. p. 1625

Sequente anno 1318 Robertus Curtinacensis Remorum Archiepiscopus Silvanecti concilium habuit; cui intererant quatuor ejus Suffraganei, Joannes Bellovacii, Guido Tornaci, Petrus Silvanecti, ac Engerranus Tervæ Episcopi cum Oratoribus septem absentium, e quibus erat Petrus Latilius Episcopus Catalaunensis, ideoque plene purgatus. Id Concilium, ut bonorum ad Ecclesias pertinentium occupationes injustas reprimeret, jussit divinum officium omitti cunctis in locis aggressionis auctori obnoxiiis (hæc enim plerumque cadebat in Optimates) item in locis, ubi ageret iniquus possessor, sive inter Proceres esset sive non; & in loco, ubi detinerentur res ablatæ. Addebantur anathema & denunciationes; quasi talis violentiæ authores commoverent poenæ sacræ. Litteræ synodicæ dabantur 27 Martii an. 1317, scilicet 1318 ante Pascha, quod incidit in vigesimum tertium Aprilis.

§. XXXVIII.

Diececes novæ.

Interim Papa Joannes pergebat in Francia episcopatus instituere. A diœcesi Lemovicensi sejunxit urbem Tutelam, ubi vetus erat abbatia in honorem S. Martini